

miffione; residentia personali distributionum etiam quotidianarum & emolumentorum quorumcumque divisione, repartitione, & administratione poenarum per abfentes, & divinis suis loco, & tempore non affiftentes, feu onera, & ministeria eis incumbenda fubire negligentes incurrendarum impositionum fingulorum praefentias, & abfentias notandi, Ceremoniis, & ritibus in Cathedrali Ecclesia, Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus fervatis fervandis, & Ministris dictae Ecclesiae Blesen. necessariis deputandis, & amovendis, salariis, & stipendiis eorum cuilibet assignandis, & quibusvis rebus in praemissis, & circa ea quomodolibet necessariis & opportunis quaecumque Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta, licita tamen, & honesta, & Sacris Canonibus, praefertim vero Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non contraria condendi, & edendi, ac condita, & edita pro tempore, & rerum varietate, & qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi interpretandi, & in meliorem formam redigendi, feu alia de novo etiam ex integro condendi, & edendi, & per eos, ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis, observari faciendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem etiam concedimus, & impartimur; necnon Episcopo, ut praefertur, ac Dignitates in praedicta Ecclesia Blesen. obtinentibus, ac Capitulo, & Canonicis ejusdem Ecclesiae, aliisque Capituli, & Ecclesiae hujusmodi personis, & Ministris pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, praerogativis, praerogativis, concessionibus, facultatibus, Indultis, favoribus, & gratiis, quibus alii, qui & aliarum Ecclesiarum Dignitates obtinentes Capitula, & Canonici, aliisque Civitates, & Dioeceses ac eorum Cleri, Incole, & habitatores, eorumque res, & bona fruuntur, potiuntur, & gaudent, feu uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, & quoad habitus delationem, ut praefertur uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, concedimus, & indulgemus: ac eidem Ludovico, ejusque successoribus Franciae Regibus attenta suppressione, & extinctione praedictarum Mensarum Abbatialium, & eorum fructuum pro dote, feu dotis parte Episcopatus Blesen. unione Mensis Episcopatus Blesen., & Carnoten. praedictis de consensu dicti Ludovici Regis, ut supra factis Jus nominandi ad dictam Ecclesiam Blesen. quodcumque, & quotiescumque illa Pastoris solatio destituta fuerit juxta formam, & dispositionem Concordatorum praedictorum etiam perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus.

Item concessio privilegiorum, Episcopos, Capitulum, aliosque.

Ac Jus nominandi ad d. Ecclesiam Regis Francie.

Clausula.

§.3. Praesentes quoque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu etiam ex eo, quod cause propter quas praemissa emanarunt coram Nobis, vel alibi verificatae, & approbatae, ac quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes ad id vocati, citati, & auditi non fuerint, & praemissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impuguari, invalidari, retractari, in Jus, vel controversiam vocari, ad terminos Jus reduci remedium impetrari, vel sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revoca-

tionibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam per Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariae Apostolicae Regulas quodcumque etiam in crastinum assumptionis Successorum Nostrorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias quodcumque editas, vel sub quibusvis tenoribus, & formis emanatas, & in posterum eden., & emanandas nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum, etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes Episcopum, Dignitates, Capitulum & Canonicos hujusmodi eligenda restitutas, repostas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas semper validas esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Episcopo, Dignitatibus, Capitulo, & Canonicis hujusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari: sicque & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis qualibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

§.9. Non obstantibus Nostris & Cancellariae Apostolicae Regulis de gratiis, & Indulgentiis adinstar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, necnon de jure quesito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a Jure permittis fieri prohibentis, ac quibusvis Apostolicis necnon in Synodalibus Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis Constitutionibus, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, & expressio ad hoc servanda foret, illis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse juxta Decretum Congregationis rebus Consistorialibus praeposita harum serie derogamus, contrariis quibuscumque.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae separationis, discernationis, segregationis, divisionis, exemptionis, liberationis, decorationis, erectionis, institutionis, concessionis, attributionis, assignationis, subventionis, suppressionis, extinctionis, unionis, annexionis, applicationis, appropriationis, translationis, voluntatis, mandati, impartitionis, suppressionis, extinctionis, reservationis, Indulti, Decreti, & derogationis infringere, aut ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Sexcentesimo nonagesimo septimo septimo Kalendas Julii Pontificatus Nostris Anno Sexto.

CLII. Confirmatur Decretum Congregationis Rituum

Dat. 11. Aug. 1697. An. 7.

de Cultu Immemorabili Servae Dei Mariae de Capite.

Const. ed. 1696, Jun. 30, P. 5 extat confirmatio Cultus B. Mariae de Jocos. Et Clem. XI Const. ed. 1710, Mar. 16, P. 10 Cultus B. Lucia de Narvina.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Apostolicae servitutis officium, quod inscribibilis Divinae Sapientiae, atque clementiae altitudo humilitati atque infirmitati Nostrae credere dignata est salubriter exequi aspirante superni favoris auxilio jugiter satagentes, Beatarum Christi Ancillarum in Coelis cum eo regnantium, in quibus nimirum utpote vasculis imbecillioribus opus dexterae excelsi mirabilis, ac illustrius apparuit, cultum, & venerationem in Terris libenter promovemus, sicut pia sublimium personarum non minus virtutis, quam Regii culminis splendore conspicuarum vota postulant, & Nos ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiaeque Sanctae decus, atque aedificationem expedire in Domino arbitramur.

D. Decreto confirmata fuit sententia a Judicibus Delegatis pro lata circa dictum cultum, & cultum exceptum.

§.1. Cum itaque nuper nempe die 3. currentis Mensis Augusti in causa Toletana Beatificationis, & Canonizationis Servae Dei Mariae de Capite vulgo della Cavezza nuncupatae uxoris dum vixit, Sancti Isidori Agricola ad enixas preces charissimi in Christi filii Nostris Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissimae in Christo filiae Nostrae Mariannae earundem Hispaniarum Reginae Catholicae ejus uxoris, accedentibus etiam in id supplicationibus Ven: Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum Senatuum, seu Magistratuum plurimarum Civitatum Regnorum Hispaniarum, praefertim vero Senatus, seu Magistratus oppidi Madriti Toletan. Dioecesis, & ad iteratas, ac supplices instantias dilectissimi filii Alphonsi de Torralba ejusdem Caroli Regis in Romana Curia Agentis, seu negotiorum gestoris, ac Cause Beatificationis, seu Canonizationis hujusmodi postulantis, repositio in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum per dilectum filium Nostrum Joannem Franciscum ejusdem S. R. E. Cardinalem Albanum nuncupatum dubio, quod prius nempe die 13. Julii proxime praeteriti per ipsum Joannem Franciscum Cardinalem, dilata tamen tunc ejus resolutione, propositum fuerat: an scilicet sententiae Judicum ab eadem Cardinalium Congregatione Delegatorum prolata super cultu ab immemorabili tempore ipsi Servae Dei Mariae exhibito, & casu excepto a Decretis fe: re: Urbani PP. VIII. Praedecessoris Nostris essent confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur, relatisque contentis in precibus desuper fabricatis, eiusque serio, & diligenter discussis, & examinatis, dicta Congregatio Cardinalium audito etiam prius in scriptis, & in voce Ven: Fratris Prospero Archiepiscopo Myrea Promotore Fidei, de ejusmodi cultu immemorabili constare, praedictaque sententia confirmandas esse censuit.

§.2. Hinc est, quod Nos piis, ac devotis coramdem Caroli Regis, & Mariannae Reginae

Proces Regis, & Reginae Hispaniarum.

precibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter assensum quantum cum Domino possumus, praebere cupientes, Decretum a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut praefertur, quod scilicet de cultu immemorabili dictae Servae Dei Mariae de Capite, & casu excepto a Decretis praedicti Urbani Praedecessoris constet, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illiq; inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, salva tamen, semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio praed. Decreti

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit, in futurum plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Augusti MDCXCVII. Pontificatus Nostris Anno Septimo.

CLIII.

Prohibetur, ne amplius Laici Congregationis Ministrantium Infirmis gaudeant voce activa vel passiva.

Dat. 20. Aug. 1697. An. 7.

De eorundem electione in Consultores vide Inm. XI Const. ed. 1684, Aug. 31, P. 3.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Solicito Pastoralis officii, quo Ecclesia Catholicae regimini divina dispositione praesidemus, Nos admonet, ut paternam Congregationum virorum Religiosorum uberes bonorum, operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium curam gerentes, illarum quieti, felicitate regimini, quantum Nobis ex alto conceditur consulere studeamus.

§.1. Alias siquidem fel: re: Innocentio PP. XI. Praedecessori Nostris pro parte tunc existentis Praefecti Generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis exposito, quod licet per quamdam Constitutionem re: me: Gregorii XIV., etiam Praedecessoris Nostris super confirmatione Instituti dictae Congregationis emanatam ordinatum fuisset, ut eadem Congregatio per unum Praefectum Generalem, & quatuor Consultores idoneos, qui perpetui essent, hoc est ad sui vitam in suis officiis respective durarent,

Epilogus laudatae Constitutionis Inm. XI, qua statutum fuit, ne amplius Laici eligerentur in Consultores.

De eordi Studiis.

Octavo. Quod Collegiales, qui ingredien- tur in Seminarium S. Petri, sint in etate duo- decim annorum, inique remaneant usque ad decimum septimum, seu decimum octavum an- num, & discant Grammaticam, & Rethori- cam.

De Studiis Collegialium S. Joannis.

Nono. Quod exinde transeant ad Colle- gium S. Joannis, ibique maneat, donec Phi- losophiam, ac sacros Canones didicerint.

De Studiis Collegialium S. Pauli.

Decimo. Quod abinde transeant ad prædi- ctum Collegium S. Pauli, ut praxim Sacramen- torum, & rerum, qua ad perfectionem optimi Ecclesiastici eorum necessaria, ad effectum, ut perfecte idonei ad Beneficia, & Officia curata, ceteraque munia Ecclesiastica obeunda evadant, quique assistere debeant certis temporibus ser- vitiis Ecclesie Cathedrali, ac divinis Officiis in- teresse.

De Privilegiis Collegialium S. Pauli.

Undecimo. Quod si Collegiales divi Pauli Sacerdotali charactere initiati fuerint, & assistant moralibus conferentiis, aliisque exercitiis Ec- clesiasticis eis ad majorem splendorem, & au- gumentum a dicto Collegio ministrabitur illud, quod sufficiens erit, etiam ad graduatio- nem Baccalaureatus in Artibus, & in majori facultate in eodem Collegio remaneant tanquam Hospites more Collegiorum Hispania, obliga- tione tali, ut si postea redditus Ecclesiasticos, & Beneficia Ecclesiastica, obtinuerint, & com- mode restituere poterint id, quod illo temporis spatio dispendent, ab ipsis fit faciendum, & eodem modo teneantur Sacerdotes prædicti ad rationem centum quinquaginta Patucarum pro quolibet anno, quod non solum ex debito con- scientie posita Beneficii assecutione, verum etiam, & justitia, qua compelli possint, resti- tuere teneantur Collegio expensas ad rationem taxatam a Fundatore.

De Bibliotheca.

Duodecimo, & ultimo. Quod ex eadem Bibliotheca superius relata per Prædecessorem prædictum sufficienter libris, aliisque necessa- riis referta, ac munita, idem Prædecessor pro- hibuit, ne Libri hujusmodi quavis de causa, vel preteritum ab ea ullatenus extrahantur.

Preces Emma- nuelis Episc.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio sub- jungerat dictus Emmanuel Episcopus Capitula, Statuta, & Ordinationes hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communi- sumopere desideret. Nos ipsius Emmanuelis Episcopi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspen- sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen- tentiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homi- ne quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Con- cillii Tridentini Interpretum consilio, & attenta dilecti filii nostri Petri Matthæi ejusdem S. R. E. Cardinalis Petruccii nuncupati a Congregatione eorumdem Cardinalium ad hujusmodi nego- tium examinandum deputati, revisione, præ- inserta Capitula, statuta, & Ordinationes, au- thoritate Apostolica tenore præsentium confir- mamus, & approbamus, illisque inviolabilis

Confirmatio relatorum Sta- tutorum.

Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva ta- men semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem presentes literas sem- per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irri- tum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contige- rit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Seminariorum præfatorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmisso- rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illo- rum tenores præsentibus, pro plene, & suf- ficienter expressis, ac de verbo ad verbum in- fertis habentes, illis alias in suo robore perman- suris, ad præmissorum effectum hac vice dum- taxat specialiter, & expresse derogamus, cæ- terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatorum, die X. Septem. MDCXCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

C I V.

Confirmantur, & innovantur plurima Decreta Congregationis Conc. super celebratione Mis- sarum una cum illorum declaratione, ap- probatione, & innovatione ejusdem Con- gregat.

Declarat. Dec. 1697. An. 7.

Inn. XI Const. ed. 1686, Maii 4. P. 12 agit de Mis. Defunctorum. Et hujus Pontificis Const. ed. 1699, Apr. 24, P. 8 de Mis. Pærochorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fra- trum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Con- cillii Tridentini Interpretum prodierunt De- creta tenoris infra scripti videlicet:

§.1. Alias super celebratione Misarum, ac prohibitionem illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia, necnon super earumdem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra redditus, & con- suetas eleemosynas locorum Regularium non habendo emanarunt ab hac S. Congregatione S. R. E. Cardinalium Concillii Tridentini Inter- pretum, auctoritate per Fel. rec. Urbanum Pa- pam VIII. illi specialiter attributa, quamplura Decreta tenoris sequentis.

§.2. Cum sepe contingat in quibusdam Ec- clesiis, tam magnum Misarum celebrandarum numerum ex variis Defunctorum relictis, aut pio- rum

Causæ De- cretorum.

rum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfacere, & tamen nova onera Misarum in dies suscipi- antur; indeque fiat, ut depereant pie Testan- tium voluntates, obstricta Benefactoribus fides violetur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitum subtrahatur cultus, ac Christianifideles gravi scandalo affecti, plerumque a similibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cetera fo- mentum præbeat, aut quod ii, qui Misas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciores numerum a Superioribus redu- ctum iri; aut quod Ecclesiis forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Misarum, absque ullo emolumento, aut quod eleemosyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subjicere, & redditus Ecclesie, aut Monasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro neces- saria sua sustentatione novis se oneribus obstringere contempnatur. S. Congregatio Cardinalium Concillii Tridentini Interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitati- que, ac justitia maxime consentaneam, si pro viribus satagat, hunc teterrimum abusum et Christiana Republica deterrere, atque eradi- care auctoritate SSini Domini Nostri Urbani Divina Providentia Papæ VIII. sibi specialiter attributa, infra scripta Decreta edidit.

Nemo redu- cat onera Misarum.

§.3. Ac primo districtè prohibet, atque interdicat, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quocummodo reducant onera ulla Misarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel com- mutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet quod mag- is in Domino expedire arbitratum; alioquin reductiones, moderations, commutationes hu- jusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Tot celebretur Misæ, quot præscribuntur pro data eleemo- syna.

§.4. Deinde ubi pro pluribus Misas, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quan- tumcumque incongrua, & exigua, sive ab uno sive a pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Pii quibuscumque tam Sæcularibus, quam Regularibus; S. Congregatio sub obstestatione Divini Judicii mandat, & præ- cipit, ut absolute tot Misæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosynæ præscriptæ fuerint, itant alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimo gra- viter peccent, & ad restitutionem tenentur.

Privilegia omnia revocantur.

§.5. Id vero, ut deinde observetur exactius, S. Congregatio eadem auctoritate revocat Pri- vilegia, & Indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis Piiis, tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, Congrega- tionis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Misarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Misarum oneribus in futurum suscipiendis sa- tisfiat.

§.6. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remove volens, prohibet Sacer- dotti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, cele- brandam committat.

Nou dimi- natur elec- mosyna ac- cepta.

§.7. Præterea ne in Ecclesiis, in quibus onera Misarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis te- pidiores, ac segniore reddantur, quod onera hujusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta; statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac Locis omnibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acqui- renda cum onere perpetuo Misarum celebran- darum ab eis, ad quos pertinet, sub poena Inter- dicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incurranda a die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes Adem Sacram, vel personam fide, & facultatis idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur. Ac si eadem bona immobilia aucto- ritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, sub eadem poena, ut su- pra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus ite- dem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat. Ad hæc Sac. Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, So- cietatibus, & Congregationibus, necnon om- nibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum Lo- corum, tam Sæcularium, quam Regularium, Superioribus, vel aliis ad quos pertinet, distri- ctè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Misarum celebrandarum; Sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vica- rii; Regulares vero sine Generalis, vel Provin- cialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin Sæculares, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesie interdictus sit eo ipso: Regularis vero poenam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetue inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocique activæ, ac passivæ, absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Misas celebrandis ita demum iisdem acci- pere possint, si oneribus antea impositis ita sa- tisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant, alioquin omnino abstineant ab hujus- modi eleemosynis, etiam sponte oblati in fu- turum recipiendis, & capsulas auferant ab Ec- clesiis cum inscriptione illa = Eleemosyna pro Mis. =, vel alia simili sub iisdem poenis ipso facto incurrendis, ne Fideles hac ratione fru- strentur.

Pecuniæ, & bona mobilia relicta pro Mis. perpetuis investiantur.

Sine Superioris licentia nemo suscipiat onera perpetua Misarum.

Ne nimis au- geatur nume- rus Misarum manualium, & quotidia- narum.

§.8. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia, pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in sin- gulis casibus diligenter inquirent, de singulis Misarum celebrandarum obligationibus, cui- que Ecclesie, Monasterio, aut Loco Pio in- cumbentibus; nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime constitit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam susceptis satis- faciunt.

Superiores caute conce- dant faculta- tem pro sus- cipieendis Mis- sis perpetuis.

N n n

facere

garent, regi deberet, nec ulla de Fratribus Laicis ipsius Congregationis ad officia Consultorum hujusmodi eligendis, seu assumendis in eadem Constitutione mentio facta fuisset, nihilominus per Constitutiones Congr. predictae subinde conditas, & a pia me. Clemente PP. VIII. Prædecesore pariter Nostro confirmatas, abrogata officiorum perpetuitate, specialiter ordinatum fuerat, ut ex quatuor Consultoribus predictis duo Sacerdotes, & duo Fratres Laici eligerentur; Cum enim præcipuum dictæ Congregationis Institutum sit ministerium spirituale curationis animarum, quod ad Sacerdotes, secundarium vero ministerium misericordiae corporalis infirmis impendenda, quod ad Fratres Laicos respectively spectat, existimatum fuerat conveniens esse, ut quandoquidem Congregatio predicta tunc temporis Nosocomiorum servitio, per Sacerdotes quidem quo ad procuracionem salutis animarum, per Fratres Laicos vero quo ad veram corporalem Infirmorum operam dabat, dicti Fratres Laici, qui onus misericordiae corporalis cum assistentia, & continua habitatione in Nosocomiis hujusmodi sustinebant in partem Regiminis assumerentur; verum quia tunc prævidebatur fieri posse, ut sedes Apostolica ministerium inserviendi cum continua habitatione in dictis Nosocomiis tolleretur, aut illud per Patronos & Administratores eorumdem prohiberetur, ideo ordinatum, atque stabilium fuerat, ut in his casibus continuaretur Institutum inserviendi Infirmis cum assistentia diurna, & nocturna in Domibus privatorum, ac carceribus & ubicumque opus fuisset. Et in eadem expositione subjuncto, quod Constitutiones quidem predictae eatenus servatae fuerant. Servitium vero, & residentia in Nosocomiis hujusmodi omnino cessaverat, nec, præter Januensem, ullum Nosocomium ad curam Religiosorum dictæ Congregationis remanserat, ac proinde Fratres Laici, quibus onus misericordiae corporalis incumbat, nullum præstabant servitium, nisi associationem Sacerdotum, quibus secundum Institutum supradictum præcipua cura assistendi Moribundis, eorumque animarum salutem procurandi incumbit, iidemque Fratres Laici ad Gubernium præfatæ Congregationis erant omnino inutiles, quippe qui rudes, & literarum imperiti aliena suffragia, & auctoritatem cæco obsequio, ut plurimum sequebantur. Idem Innocentius Prædecessor supPLICATIONIBUS memorati Præfati Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ut de cætero nullus Frater Laicus dictæ Congregationis in Consultorem ipsius Congregationis eligeretur, seu assumeretur, sed quatuor Consultores Congregationis hujusmodi omnes ex Presbyteris expresse professis ejusdem Congregationis eligi, seu assumi deberent, auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit, & alias prout in ejusdem Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 31. Augusti 1684. expeditis, quam tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberius continetur.

Causa hujus Prohibitionis, ut supra.

§.2. Cum autem (sicut accepimus) iisdem rationibus attentis, propter quas sicut præmittitur, interdictum fuit, ne Fratres Laici dictæ Congregationis in Consultores ipsius Congregationis eligerentur, seu assumerentur similiter interdici expediat, ne ipsi in eadem Congregatione

sub quovis prætextu voce activa, & passiva gaudere valeant. Hinc est, quod Nos memoratæ Congregationis tranquillitati, rectoque gubernio, per amplius prospicere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne de cætero quisquam Frater Laicus Congregationis supradictæ voce activa, & passiva in ipsa Congregatione ullatenus gaudere possit, seu debeat, tenore præsentium perpetuo interdiciamus, & prohibemus.

Prohibitio motu proprio facta.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, seu ad terminos Juris, vel Constitutionum predictarum reduci ullo modo unquam posse. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum, cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Augusti MDCXCVII. Pontific. Nostri Anno Septimo.

Dati. 10. Sept. 1697. An. 7.

Confirmantur statuta pro tribus Seminariis in Diocesi Angelopolitana.

Consl. edita 696, Jun. 7, P. 5. extat confirmatio Statutorum pro Collegio Hungarico, & Germanico de Urbe. Et Bened. XIII. Constitut. edita 1725, Maii 30, P. 1. confirmatio statutorum pro Seminario Casenaten.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ortus, & progressus d. Seminarii a Joanne de Palafox erectum, & ab Emanuele absolutum. Episcopus Angelopolitana.

EXponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Emanuel Episcopus Angelopolitana. quod alias, nempe anno 1644. bo. mem. Joannes de Palafox, & Mendoza, dum vixit, Episcopus Angelopolitana. ejus Antecessor tria Seminarium sub Sancti Joannis, ac reliquum sub Sancti Pauli Apostoli respectively invocationibus, a quorum uno ad aliud, juxta scientiarum in illis tradendarum ordinem, transitus fieret, congrua eis reddituum assignatione facta, comparataque Bibliotheca decenter munita, ac publicæ commoditati exposita, ad formam sacrorum Canonum, & præsertim Decretorum Concilii Tridentini, obtentoque desuper cla. mem. Philippi IV. dum vixit, Hispaniarum Regis Catholici consensu, reservato tamen ei ipsorum Seminariorum jure patronato, erexit, instituit, & fundavit eorum erectionem hujusmodi a fel. rec. Innocentio Papa X. prædecessore nostro per ejus literas desuper in simili forma Brevis die 22. Maii 1648. expeditas confirmari, & approbari obtinuit, prout in publico super præmissis confecto Instrumento fufius apparere, ac in dictis Innocentii prædecessoris literis uberius respectively dicitur contineri. Postmodum vero dictus Emanuel Episcopus prædictum Seminarium Sancti Pauli, quia illud non dum perfectum reperiebatur, nec ei de necessariis pro sufficienti juvenum in eo educandorum habitatione, ac cæteris ad victum, & decorem pertinentibus provifum erat, perfici curavit, eique congrue providit, necnon pro ordinariis, seu extraordinariis illius expensis supportandis mille, & quingentas patacas auri communis monete illarum partium ipsius Rectori ex communibus redditibus prædictorum Seminariorum Sanctorum Petri, & Joannis, ab eorum Administratore, & Thesaurario annis singulis perfolvendis cum cautelis, & circumstantiis in similibus opponi solitis applicavit, ac insuper declaravit, & decrevit, quod totus dicti Seminarii Sancti Pauli situs cum ejus Terrenis, & censibus, prout ex Planta, instrumentis, & titulis situs hujusmodi proprietatem demonstrantibus constare dicitur, ad ipsum Seminarium Sancti Pauli legitimo, & proprietario titulo spectaret, ac proinde in eo, tanquam in proprio ejusdem Seminarii fundo ædificari posset quidquid de cætero pro majori illius commodo, & utilitate construi expediret fuisset. Cæterum pro felici, prosperoque dicti Seminarii Sancti Pauli, & Collegialium in eo pro tempore commorantium, necnon prædictorum Seminariorum Sanctorum Petri, & Joannis regimine, & gubernio tam

Statuta a præd. Episcopo edita.

idem Emanuel Episcopus, quam dictus Joannes similiter Episcopus ejus Antecessor nonnulla statuta, & ordinationes respectively fecerunt, seu ediderunt, quæ ex publico die 29. Aprilis 1690, & aliis itidem publicis desuper confectis Instrumentis, in quibus uberius contineri dicuntur desumpta, & in capitula distributa sunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

Primo. Quod Collegialium numerus in dicto Seminario Sancti Pauli pro tempore commorantium non excedat octavum.

De numero Collegialium S. Pauli.

Secundo. Quod Bibliothecarii munus personæ habili, & idoneæ per Ordinarium Angelopolitanum pro tempore existentem eligenda tum pro obsequio personarum ad Bibliothecam accedentium cum pro illius conservatione librorum notitia, & assistentia demandetur, quæ teneatur diebus ferialibus indispenfabiter Bibliothecæ assistere.

De Bibliothecario.

Tertio. Quod Collegiales Sancti Pauli teneantur Collegialibus Sanctorum Petri, & Joannis Theologiæ Scholasticæ, & Moralis Conclusiones præsignare, quæ ab eisdem sustinenda erunt, & deficiente Collegiali Theologo in Collegio Sancti Joannis Artium Conclusionibus præfidente, quæ Conclusiones ter in hebdomada sustinenda erunt, ac toties, quoties opus fuerit, eis præsidere debeant, necnon dicti Collegiales S. Pauli obligati sint ad legendum, Cathedralique Philosophiæ, & Theologiæ regendum, ac Grammaticam, & Rethoricam eos edocendum semper, & quodcumque ob absentiam, infirmitatem, aliudve legitimum impedimentum prædictorum Seminariorum Cathedralicæ, & Magistrorum qui prædictarum Cathedralium gubernio assistere nequiverint, a qua assistentia Collegiales Sancti Pauli prædicti nullatenus excusentur, dictique Collegiales S. Pauli quotiescumque Grammaticam, Rethoricam, Philosophiam, vel Theologiam supplendo defectum, & absentiam Magistrorum aliis duobus Collegiis regerint, & Collegiales edocuerint pro rata temporis suppleverint expensas, five alimenta Collegio restituere non teneantur, etiam si Beneficia obtinuerint, sed proportionabiliter pro mercede laboris eis condonetur restitutio.

De oneribus Collegialium S. Pauli.

Quarto. Quod si dicti Collegiales ob hujusmodi assistentiam cuilibet alteri obligationi sint adstricti, impostorum liberati, & exempti omnino remaneant.

Quinto. Idem Episcopus Orator, inhærendo erectioni per dictum prædecessorem alias factæ, statuit formam in dicta fundatione statutam, necnon Constitutiones ab eodem prædecessore emanatas, tam videlicet circa receptionem Collegialium Seminarii S. Petri, qui usque ad triginta circiter recipiantur, quique præcipue pauperes filii patrimoniales legitimi, & naturales, ac oriunde novarum Hispaniarum, & prædictæ Diocesis si existant, sin minus, aliarum Vicariorum Diocesum.

De receptione, & numero Collegialium S. Petri.

Sexto. Idem prædecessor alias statuit, quod nobiles, & divites non excludantur, dummodo solvant centum viginti patacas monete illarum partium quolibet anno, & in eis concurrant qualitates relatæ.

Septimo. Quod cæteris præferantur filii eorum, qui servitia Regi alias exhibuerint, seu exhibeant.

facere posse, precipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis Pii relinquantur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundum morem cuiuscumque Civitatis, vel Provinciae, intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se huius praetermissi muneris rationem esse reddituros.

7. Ne familia Religiosorum excedat redditus Cenobiorum, nec in posterum augeatur sine licentia Congreg. Cont.

§.9. Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligent, mala fere omnia, quae Regularem disciplinam evertunt, ac praecipue nimiam hanc facilitatem fovent, in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemosynae cuiusque Monasterii, inherentes Summorum Pontificum, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis, hac de re editis, Sanctissimi Dom. Nostr. auctoritate precipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Praesidentibus, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiae, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duorum, aut illius Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum usu peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciae, quam etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate praecedentium habita ratione diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quae reparaciones, praestationes, grandines, sterilitates, aliave cuiuslibet generis onera consueverunt absorbere. Eaque omnia scripta fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel Provinciali coram tribus Iudicibus ab ipso meto Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus univrsis, & oneribus, ut supra detractis sedulo examinent, quot Religiosi homines connumeratis etiam Laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo Regulari juxta Regionis, & proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum praesentiam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque Familiae Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque Provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum Capitularium voto praefigatur, quae redditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superius sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id praestare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisficiant; mandat Sacra Congregatio, ut infra annum,

post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant. Numerumque Familiae, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate praefinitum, iidem Superiores tam Generales, & Provinciales omnes, quam Locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam praetextu augmenti reddituum absque Sacra Congregationis licentia; Superiores autem huiusmodi, qui praedicta omnia in praefixo termino non praestiterint, vel numerum, ut supra, praescriptum, quovis modo augere praesumpserint, vel privationis omnium Officiorum, quae tunc temporis obtinebant, vocisque activae, & passivae, & ad omnia suae Religionis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apostolica infligendis poenis S. Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

§.10. Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi praeter alia ad id requisita, in singulis huiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis detractis omnibus, ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant ad praescriptum Decreti felic. recordationis Gregorii XV. hac de re editi; Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint Ordinarii Loci Visitationi, correctioni, atque omnimoda jurisdictioni subiecta esse intelligantur.

8. Cenobia erigenda sine capacia 12. Religiosorum.

§.11. Porro, ne ullo unquam tempore haec in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores Locales cuiusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, sub poena privationis Officii, vocisque activae, & passivae ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque Mense, idest feria secunda post Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, praesentes ordinationes in publica Mensa perlegantur.

Hae Decreta sexto quoque Mense in publica Mensa perlegantur.

§.12. Omnibus tam Ecclesiasticis personis cuiuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quam Laicis quocumque honore, & potestate praeditis, praesentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Clausula.

§.13. Non obstantibus quoad supra scripta omnia, & singula in praesentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitularum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque

tam

tam Secularium, quam Regularium Locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquiritur forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quae praesentibus advertebantur, illis alias in suo robore permanens, Sacra Congregatio Sanctitatis Suae auctoritate specialiter, & expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.14. Et ne praemissorum ignorantia quoquam praetendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut praesentes Ordinationes in Valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in Acie Campi Florae, ut moris est, affixae omnes, ad quos pertinet, ita ardent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

§.15. Uique eorumdem praesentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae die 21. Jun. 1625. = Cosmus Cardinalis de Torres. = Prosper Fagnanus S. Congregationis Secretarius.

Excitatis autem super praemissorum Decretorum intelligentia, seu interpretatione infra scriptis dubiis, prodierunt a memorata Congregatione simili auctoritate illi a praefato Urbano Papa VIII. specialiter attributa responsiones, seu declarationes inferius apponendae.

Super primo Sacra Congregationis Decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquo modo, reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis. Queritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi iunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infumendum sit pro expensis ad id necessariis? Et quid, si permissori Episcopo in fundatione, ut possit huiusmodi onera moderari.

Secundo, An super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missae, quot ad rationem tributa eleemosynae praescriptae fuerint. Queritur, an verba illa (praescripta fuerint) intelligenda sint de praescriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Queritur, an verba illa (praescripta fuerint) intelligenda sint de praescriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, An cum Ordinarius praescripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem Locum, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illas ab Offerente praescriptas celebrare?

Quarto, An Sacerdotes, qui teneantur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellae, Legati, aut Salarii, possint etiam manuales eleemosynam, pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missae Sacrificio utriusque oneri satisfacere?

Quinto, Posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus Anima centum Missae, absque ulla praescriptione eleemosynae. Queritur, an liberum sit haeredibus, eleemosynam sibi bene visam praescribere, an vero eadem eleemosyna praescribenda sit ab Ordinario.

Sexto, Super tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfaciatur. Queritur an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimo, Super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynae sibi retenta, celebrandam committat. Queritur, an permittendum sit Administratores Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem, pro expensis maintenance Ecclesiae, Altarium, Inferventium, paramentorum, luminum, Vini, Hostiae, & similibus?

Octavo, An hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quae conferuntur in titulum, idest, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium, ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita, pro celebratione Missae, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; an satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Undecimo, Super quinto ejusdem Congregationis Decreto; quo inter caetera statuitur an haec verba: eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum idem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c. Queritur, an hoc Decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas, qui acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, Quid si offerens eleemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

Decimotertio, An poena interdicti, & aliae apposite in eodem Decreto afficiant tam eos,

N n n 2

qui

Dubia Congregationi Conc. proposita circa relecta Decreta.

Dubium 1. Super 1. Decreto de reductione Missarum.

Super 2. de praescripto numero Missarum pro data eleemosyna.

3.

5.

6. Super 3. Decreto de privilegiis revocatis.

7. Super 4. Decreto de diminutione eleemosynae.

8.

10.

11. Super 5. Decreto de Missis manualibus, & quotidianis.

12.

13.